

# PROPRIO DE LA MISA

## SAN JUAN CANCIO

### Confesor

20 de Octubre - Fiesta clase 3.<sup>a</sup> - Blanco

*Eclesiástico 18.12-13; Salmo 1.1*

MISERATIO hóminis circa próxi-  
mum: misericórdia autem Dei super  
omnem carnem. Qui misericórdiam  
habet, docet, et érudit quasi pastor  
gregem suum. *Ps.* Beátus vir, qui  
non ábit in consílio impiórum, et in  
via peccatórum non stetit, et in ca-  
thedra pestiléntiæ non sedit. *V.* Glo-  
ria Patri.

DA, quæsumus, omnípotens Deus:  
ut, sancti Joánnis Confessóris ex-  
mplo in sciéntia Sanctórum pro-  
ficiéntes, atque áliis misericórdiam  
exhibéntes; ejus méritis, indulgé-  
ntiam apud te consequámur. Per  
Dominum.

*Santiago 2.12-17*

SIC loquimini, et sic fácite, sicut per  
legem libertátis incipiéntes judicári.  
Judícium enim sine misericórdia illi,  
qui non fecit misericórdiam: super-  
exáltat autem misericórdia judícium.  
Quid próderit, fratres mei, si fidem  
quis dicat se habére, ópera autem  
non hábeat? Numquid póterit fides  
salváre eum? Si autem frater, et so-  
ror nudi sint, et indígeant victu quo-  
tidiano, dicat autem áliquis ex vobis  
illis: *Ite in pace, calefacimini, et satu-  
rámini: non dedéritis autem eis, quæ  
necessária sunt córpori, quid  
próderit? Sic et fides, si non habeat  
ópera, mórtua est in semetípsa.*

#### INTROITO

La compasión del hombre se ejerce en su  
prójimo ; más la misericordia de Dios se  
extiende a toda carne. Lleno de misericor-  
dia, instruye a los hombres y los guía al  
redil como un pastor su rebaño. Salmo.  
Feliz quien no se deja guiar por consejo de  
impíos, ni se detiene en el camino de los  
pecadores, ni frecuenta la sociedad de los  
incrédulos. *V.* Gloria al Padre.

#### COLECTA

Te suplicamos, ¡Oh Dios omnipotente!,  
que, adelantando en la ciencia de los santos  
con el ejemplo de tu canto confesor Juan,  
y ejerciendo la misericordia con el prójimo,  
por sus méritos, consigamos tu perdén.  
Por nuestro Señor Jesucristo.

#### EPÍSTOLA

Hablad y obrad como si hubierais de ser al  
punto juzgados por la ley de la libertad.  
Porque aguarda un juicio sin misericordia  
al que no haya mostrado misericordia; pero  
la misericordia se rie del juicio. ¿De qué  
sirve, hermanos míos, el que uno diga ten-  
er fe, si carece de obras? ¿Puede acaso sal-  
varle la fe? Si un hermano o hermana están  
desnudos y necesitados del alimento diario,  
de qué les servirá que alguno de vosotros  
les diga: *Id en paz, calentaos y saciaos, si  
no les dais lo necesario para et cuerpo? Así  
también ocurre con la fe; si no va acompa-  
ñada de obras, está completamente muerta.*

*Salmo 106.8-9*

CONFITEÁNTUR Dómino miseri-  
córdiæ ejus: et mirabília ejus filiis  
hóminum. *V̄.* Quis satiávit ánimam  
inánem: et ánimam esuriéntem  
satiávit bonis.

*Proverbios 31.20*

ALLELÚIA, allelúia. *V̄.* Manum suam  
apériuit ínopi: et palmas suas ex-  
téndit ad páuperem. Allelúia.

*Lucas 12.35-40*

IN illo tempore: Dixit Jesus discipu-  
lis suis: Sint lumbi vestri præcincti,  
et lucernæ ardentes in manibus  
vestris, et vos similes hominibus  
expectantibus dominum suum,  
quando revertatur a nuptiis: ut, cum  
venerit, et pulsaverit, confestim  
aperiant ei. Beati servi illi, quos, cum  
venerit dominus, invenerit vigilan-  
tes: amen dico vobis, quod præcin-  
get se, et faciet illos discumbere, et  
transiens ministrabit illis. Et si ven-  
erit in secunda vigilia, et si in tertia  
vigilia venerit, et ita invenerit, beati  
sunt servi illi. Hoc autem scitote,  
quoniam si sciret paterfamilias, qua  
hora fur venerit, vigilaret utique et  
non sineret perfodi domum suam.  
Et vos estote parati, quia qua hora  
non putatis, Filius hominis veniet.

*Job 29.14-16*

JUSTÍTIA indútus sum, et vestívi me,  
sicut vestímto et diadémate, judí-  
cio meo. Oculus fui cæco, et pes  
claudo: pater eram páuperum.

GRADUAL

Alaben al Señor su bondad y sus maravillas  
en favor de los hijos de los hombres. *V̄.*  
Porque ha quitado la sed al sediento y al  
hambriento lo ha colmado de biens.

ALELUYA

Aleluya, aleluya. *V̄.* Ha abierto sus brazos  
al desgraciado y ha tendido sus manos al  
indigente. Aleluya.

EVANGELIO

En aquel tiempo: Dijo Jesús a sus discipu-  
los: Tened ceñidos vuestros lomos y en-  
cendidas vuestras lámparas. Sed como los  
hombres que aguardan a su amo, a su re-  
greso de las bodas, para abrirle prontamen-  
te cuando llegue y llame a la puerta. Dichos-  
os los siervos a quienes el amo, a su  
llegada, encuentre velando ; en verdad os  
digo que se ceñirá, y los hará sentar a la  
mena, y, pasando del uno al otro, les  
servirá. Que viene en la segunda vigilia, o  
que viene en la terrera y halla así las cosas,  
dichosos los siervos aquéllos. Sabed que si  
el padre de familia hubiera sabido a qué  
hora iba a venir el ladrón, no hubiera de-  
jado que le socavasen su casa. Así, vosotros  
estad siempre prevenidos, porque a la hora  
que no pensáis vendrá el Hijo del hombre.

OFERTORIO

Me he revestido de justicia como de un  
vestido; la equidad era mi manto y mi tiara.  
Ojo era para el ciego y pie para el cojo ; era  
el padre de los pobres.

SECRETA

HAS, quæsumus, Dómine, hóstias  
sancti Joánnis Confessóris tui méritis  
benígnus ássume: et præsta; ut te  
super ómnia, et omnes propter te  
diligéntes, corde tibi et ópere pla-  
ceámus. Per Dominum.

Recibe, Señor, benignamente estas ofren-  
das por los méritos de san Juan, tu con-  
fesor; y concédenos que, amándote a ti  
sobre todas las cosas y a todos los hom-  
bres por ti, te agrademos con el corazón y  
con las obras. Por nuestro Señor Jesucris-  
to.

PREFÁCIO COMÚN

VERE dignum et justum est, æquum  
et salutare, nos tibi semper, et  
ubique grátias agere: Domine sanc-  
te, Pater omnipotens, æterne Deus:  
per Christum Dominum nostrum.  
Per quem majestatem tuam laudant  
Angeli, adorant Dominationes,  
tremunt Potestates. Cæli, cælo-  
rumque Virtutes ac beata Seraphim  
socio exultatione concelebrant. Cum  
quibus et nostras voces, ut admitti,  
jubeas, supplici confessione dicen-  
tes:

En verdad es digno y justo, equitativo y  
saludable, que en todo tiempo y lugar, te  
demos gracias, Señor, santo, Padre, omnip-  
otente y eterno Dios, por Cristo nuestro  
Senor. Por quien los Ángeles alaban a tu  
majestad, las Dominaciones la adoran,  
tiemblan las Potestades, los Cielos y las  
Virtudes de los cielos, y los bienaventura-  
dos serafines la celebran con igual júbilo.  
Te rogamos que con sus alabanzas recibas  
también las nuestras cuando te decimos  
con humilde confesión:

*Lucas 6.38*

DATE, et dábitur vobis: mensúram  
bonam, et confértam, et coagitátam,  
et supereffluéntem dabunt in sinum  
vestrum.

COMUNIÓN

Dad y se os dará y se os echará en el  
pliegue de vuestro vestido una buena me-  
dida, apretada, remecida y desbordante.

PRETIÓSI córporis, et ságuinis tui,  
Dómine, pasti delíciis, tuam súpplic-  
es deprecámur cleméntiam: ut sancti  
Joánnis Confessóris tui méritis et  
exémplis, ejúsdem caritátis imi-  
tatóres effécti, consórtes simus et  
glóriæ: Qui vivis et regnas.

POSCOMUNIÓN

Alimentados, Señor, con las delicias de tu  
cuerpo y sangre preciosos, suplicamos hu-  
mildemente a tu clemencia que, por los  
méritos y ejemplos de tu confesor san  
Juan, imitemos su propia caridad y seamos  
también compañeros de su gloria: Tú que  
vives y reinas.